



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

5. De contentione discipulorum de primatu. Matt. 18. Mar. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

Cum tanta sit vis fidei, ut omnia possibile sint credenti, quam detestanda ergo nostra socordia, in necessarijs animæ & corporis subsidijs pro nobis alijsque magna cum fide & fiducia petendis? Quam execranda pusillanimitas in tentationibus vitijsque, quantumvis grauibus, superandis? modo idonea non negligamus adhibere remedia: cuiusmodi sunt oratio & mortificatio in tentationibus carnis, & similibus vitijs magis radicatis. Fiducialis oratio, & strenua mortificatio.

*De contentione discipulorum de primatu. Matt. 18. Marc. 9.*

V.

I. **I**esus veniens Capharnaum interrogat discipulos: quid in via tractabatis? at illi tacebant. Siquidem in via inter se disputauerant; quis eorum maior esset. Et residens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Quam suauiter supremus humilitatis amator & Magister suos discipulos in schola humilitatis satis diu exercitatos, nihilominus longè ab intimæ humilitatis via exorbitantes in viam reuocat, & horrorem ambitionis ijs inculcat! O si seires.

Marc. 9.

seires.

scires quàm ipsi displiceas, si cor tuum eleues, & in mirabilibus super te ambules, quàm seridè te deprimeres, & deprimi optares! quàm exaltari horrerer! Mansuetudo, fuga ambitionis.

*Matt. 18.*

II. *Et aduocans Iesus paruulum, statuit in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli; non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno caelorum.* Vt clarius ostendat eximiam humilitatem esse expeditissimam ad veros, æternosq; honores viam, proponit ijs æmulandam innocentiam, simplicitatem & modestiam pueruli, qui paruulum se agnoscit, & talem haberi cupit, nemini se præfert, neminem contemnit, nullas dignitates affectat, nullas præeminencias alijs inuidet. Quisquis in his & similibus est paruulo similior, is coram Deo, & Angelis est maior. Studium eximiæ humilitatis, innocentiae & simplicitatis.

*Marc. 9.*

II. *Quem puerum cum complexus esset Iesus, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Vt magis hanc puerilem innocentiam, modestiamq; nobis inculcet, & quam grata tibi sit ostendat, ex qua*  
tencro

tenero amoris affectu paruulum illum diuinis brachijs suis stringit! quam disertè asserit, quicquid obsequij & charitatis vni ex eiusmodi paruulis amore eius fuerit impensum, id non secus se accepturum ac remuneraturum, quam si sibi ipsi impensum fuisset. Feruor proficiendi in ijsdem virtutibus.

De perfectè obedi- } 31. VII.  
 riæ proprietatibus,  
 gradibus & funda-  
 mentis.

De obedientiæ acti- } 6. p. med. }  
 bus, internis, ex-  
 ternisque & incita-  
 mentis, } 32. VIIII.

Dominica XX. post Trini-  
 tatem.

20. hebda.  
 post  
 Trinit.

De veste nuptiali. Matth. 22.

I.

I. *Simile factum est regnum caelorum Regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Et abierunt alius in villam suam, alius ad negotiationem suam, reliqui verò tenuerunt seruos suos, & contumelys affectos occiderunt.*  
 A. rex.